



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

Leges Congregationis B. Virginis Vti A Sodalibus Moguntinis obseruari
solent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)



L E G E S

CONGREGATIONIS B. VIRGINIS VTI A SODALIBUS Moguntinis obseruari solent.

CVM beatissima Virgo Dei Mater huius Congregationis patrona præcipua illam defendere ac vtuere existimanda sit, quippe misericordiae mater, quae sediligentes diligit & ad eam piæ ac religiosè confugientes tueatur ac protegat: propterea par est in primis, ut eiusdem sodales non modo illâ præcipua veneratione atque honore prosequantur, verum etiam vitæ morumq; integritate virtutum illius præstantissimarû exempla imitari conentur, atque vt sæpius inter se agetes mutuo
se ad

se ad eius amorem & cultum studeant impellere, & ardentem quandam in suis animis excitare cupiditatem sanctissimi illius nominis extollendi.

OMNES honorem debitum non modo sodalitati Patri, verum etiam Præfecto, Assistentibus, aliisque subordinatis Officialibus deferent pro cuiusque dignitate, atque in rebus omnibus ad sodalitatem pertinentibus obtemperabunt, quæ ipsis vel à Præfecto, vel ab alio quolibet eius nomine præcipientur:

QVONIAM huius congregationis finis est virtus pietasque Christiana, & in literarum studiis progressio: ad quem finem assequendum sacramentorum sanctissimum frequentia perutilis est: ideo quicumque dare nomina Sodalitari voluerint, antequam recipiantur, generali confessione totius vitæ delicta expiabunt, si id nunquam egissent antea, vel certè, quæ à postrema generali confessione peccata commiserint ordinario Sodalitatis Confessario confitebuntur: nisi tamen confessio huiusmodi iustis de causis omittenda, vel differenda Confessarii iudicio videretur.

SODALES omnes confitebuntur peccata sua vel octavo vel decimo quinto saltem die

Oo

tem die

tem die. Sacramentum autem Eucharistiam sument primo quoque Dominico cuiusque mensis die. Præterea Natali Christi die, Circumcisionis, resurrectionis, ascensionis, Pentecostes, & Corporis Domini. Deinde die immaculatæ conceptionis B. Virginis sacro: itemq; Præsentationis, Purificationis, Annunciationis, Visitationis, Assumptionis & Natiuitatis. Vbi aduertendum est, posse aliquem ex diebus his festis enumeratis loco primæ cuiusq; mensis diei Dominicæ sumi, si quando in eadem Dominicam festus ille dies incideret, aut ab illa certè non procul abesset. Officiales tamen præcipui, hoc est, Præfectus, Assistentes, Secretarius, ac 12 consultores confessionis & Eucharistiæ sacramentum plus aliquanto quam alii frequentabunt, si illorum Patri spiritali videbitur.

6. ORDINARIUS Confessarius omnium erit aliquis ex Patribus Societatis IESU, quos Pater Rector Collegii, vel Pater Societatis assignauerit.

5. DOMINICIS diebus stata hora in congregationis loco vna omnes conueniant, vbi horam circiter, quo modo Pater ac Præfectus censuerint, ponent id rerum spiritalium tractatione, ea ratione, quam idem

idem Pater, Præfectusque præscribent. Ex pio libro quoquam potest aliquando aliquid recitari, ac de iis, quæ inde fuerint recitata, spirituales colloquutiones haberi. Aut certè cohortatio, seu sermo de spiritualibus reb. ad rectam Sodalitatis progressionem spectantibus habebitur.

Nemo sine præcipua Patris aut Præfecti venia quemquam introducat, vel ad Sodalitatis exercitationes admittat, qui non sit in eandem Sodalitatem receptus. Ea porrò venia non facilè concedetur, vt varia, quæ accidere possent, vitentur incommoda.

Antequam agendi quicquam incòuen-
tib. initium fiat, pronuntiabitur hymnus sancti Spiritus, cum eiusdem antiphona, versiculo, & oratione.

Quotidie Missæ sacrificio intersint, & 9. diebus constitutis Eucharistiam simul accipiant: qua sumpta quartam horæ partem in precatatione mentali, seu vocali, pro sua quisque pietate, ac deuotione collocabunt.

Quotidie mane, postquam Deo pro acceptis beneficiis, tum generalibus, tum priuatis gratias egerint, ter orationem Dominicam, & Salutationem angelicam in
O o 2 hono,

580 LEGES CONGREGAT.

honorem sanctissimæ Trinitatis pronun-
ciabunt, semelque symbolum Apostolo-
rum, & Salve Regina, præter alias pias pre-
ces, quibus uti quisque de consilio Confes-
sarii poterit, Vesperis autem, antequam se
ad quietem somnumque conferant, primū
quidem conscientiam examinabunt, dein-
de verò ter Pater & Ave ac semel Psalmum
De profundis pro defunctorum animab.
pronunciabunt.

- II. **S**VADEVR autem omnibus, quoniã
ipsi maiorem quandam perfectionem pro-
fitentur, quam cæteri, ut maius quoque stu-
dium in actionibus piis & christianis adhi-
beant, cuiusmodi essent, sæpius peccata
confiteri, crebriusque ad sacram Christi
corporis mensam accedere, officium B. Vir-
ginis & Rosarium quotidie recitare, men-
tali orationi nonnihil temporis tribuere,
alio quopiam die hebdomadæ ad pium a-
liquod munus explendum in Oratorium
rudibus explicare, carceres vel hospitalia
12. inuisere.

QVI stans diebus à conventibus abfu-
erint, Patri aut Præfecto absentia causam
exponent, ad quam pertinebit, an causa sit
ad onca iudicare. Quod si aliquam in iis
culpana

culpam esse compererint, illos poterunt, qua ratione videbitur, admonere. Ac propter huiusmodi absentiam, vel ob alios defectus, licebit etiam interdum eos ad tempus aliquod Sodalium cœtu prohibere, ut maximè Sodalitati conducere, & ad Domini nostri gloriam pertinere censebitur.

Cum è Sodalibus aliquis agrotarit, eum tum Præfectum inuisendum, & sanctis Ecclesiæ sacramentis muniendum curabit: tum omnes Domino suis precibus cõmendabunt. Quod si eum contigerit è vita decedere Sodales illius funus ad sepulturam prosequantur. Sicubi verò laudanda illa consuetudo viguerit, ut humeris eum sodales gestent, qui effertur, exemplum huiusmodi Christianæ pietatis ne prætermittant. Deinde, quo primum die commodum fuerit mortuorum officium pro eodem, vel simul omnes in Oratorio, si fieri possit, recitabunt, vel certè per se unusquisque separatim. Per octo autem dies Psalmum, De profundis cum oratione pro defunctis pro illo dicent semel quotidie singuli. Tota denique Sodalitas, missæ defunctorum sacrificium in altari aliquo privilegiato pro eius anima semel saltem offerendum curabit.

00 3

Si quan-

13.

14. Si quando quispiam à Sodalitate itineris faciendi causa recesserit, Patrè admonet, ac Præfectum. Quod si commodè possit, à tota quoq; Congregatione facultatem, ac literas etiam patentes poscat, vt ab aliis quoq; Sodalitiis, quo se forte sit collaturus, tanquam vnus è Sodalibus recipiatur. Et quoniam velut vnus ad huc è Sodalium numero etiam absens meritorum Sodalitatis est particeps, æquum erit, vt interdum de se, suisq; rebus faciat certiores reliquos, ad Præfectum scribens, ac sese sodalium precibus commendans. Curet autem semper, vbicunq; fuerit, vt se verum filium Sodalitatis ostendat, & morum integritate, exemploq; vitæ omnes ædificare, & ad virtutem, pietatemque conetur alligere.

15. Se inter se omnes vera & sincera caritate diligant, curentque, vt pacem, fraternamq; concordiam tueantur: atq; vt indices in veris Christianisq; virtutibus proficiant. Vt autem hoc facilius assequantur, plurimum proderit Sodalitatis conuentus frequentare, cum iis crebro versari, à quibus iuuari possint, improborum consuetudines, & quascunq; occasiones mali vitare, vt ludos, rixas, murmuraciones, comporationes, ali-

nes aliaque incommoda, quæ bonum sodalium nomen labefactant.

Quoties Præfectus nouus ac reliqui officiales deligentur, publicè hæc leges in congregatione recitabuntur. Conetur porro quisque illis parere quàm diligentissimè. Præter has autem leges omnes consuetudines suæ quisque Sodalitatis pro virib. obseruet. Officiales autem leges suas proprias crebrius legent, quo melius illis pareant.

CONSVETVDNES.

Sodalitatis Moguntinae.

Nemo in Sodalitatem hanc cooptabitur, qui non prius fidei catholicæ professionem ex forma concilii Tridentini ediderit.

Omnes sodales octauo quoque die peccata sua sodalitatis Confessario confitebuntur, vel decimo quinto saltem die.

Circumferent Sodales vbiuis Rosariū, & in sacro recitabunt.

In cubiculo, si commode fieri potest, habebunt aquam benedictam, qua se in introitu, exitu, & dum cubitum eunt, aspergant.

Oo Ad

Ad nomen IEEY & MARIAE Virginis caput aperiāt, & si nudo sint capite, reuerentiam inclinatione præstent. Cum per templa transibunt apertis sint capitibus, & si commode licebit, Salutationē saltem angelicam recitent Sacerdotibus, tam secularibus, quam religiosis, præceptoribus item omnibus, capite aperto honorem deferant.

Quotquot poterunt, comparabunt sibi libellum Sodalitatis à P. Francisco Costero editum, eumq; sedulo peruoluent.

Omnes quotannis circa festum Conceptionis B. Mariæ Virg. confessionem generalem de totius anni peccatis instituent idq; animi grati causa, quod illa die Sodalitas Moguntina cum Romana primaria fuerit coniuncta.

Initio cuiusq; mensis erit Sanctorum eiusdem mensis electio.

Celebrioribus B. Vir. Mariæ diebus de more publicus Sodalitatis agatur conuentus, ad quem & externi Domini confluant.

10. Qui probatione peracta in Sodalitatē recipietur, recitabit precationem solitam, *Sancta Maria & c.*

COMPENDIUM INDVLGENTI.

*arum congregationis B. Virginis
Maria.*

INDVLGENTIA PLENARIA.

QVO die in Sodalitatem quispiam recipitur, si verè pœnitens & confessus fuerit, eodemque die Sanctis. Euchristia sacramentum sumpserit, in Ecclesia, vbi prædicta Sodalitas fuerit, vel vbi potuerit, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem consequitur.

Item in articulo mortis.

Quicumque Sodales, aut qui sunt extra Sodalitatem Christi fideles vtriusque sexus verè pœnitentes & confessi, ac sacra communione refecti, Ecclesiam seu capellam oratorium seu locum, vbi erunt in die solennitatis inuocationis seu tituli, sub quo vnaquæque Sodalitas erecta sit : à primis eiusdem diei vespere, usque ad solis occasum eiusdem festiuitatis piè visitauerint, & ibidem pro Reip. Christianæ conseruatione & augmēto, pro hæresum extirpatione principum Christianorum mutua & vniuersali pace, ac Romani Pontificis prosperitate orauerint, vel alias preces pro sua quisque

Oo 5 deuoti-

386 INDVLGEN. CONGREG.

deuotione ad Deum effuderint, indulgentiam plenariam consequuntur.

Item Sodales, qui festis diebus natalis, & ascensionis Domini nostri IESU Christi, & Annunciationis, Assumptionis Conceptionis & Natiuitatis B. Mariæ Virg. verè pœnitentes & cōfessi Sanctiss. Eucharistia Sacramentum ibidē vel alibi sumpserint.

INDVLGENTIAM

*Vnius anni consequuntur Sodales,
eties quoties.*

Quoties Sodales, vel aliorum Christi fidelium ad Ecclesiasticam sepulturam profecuti fuerint.

Item, infirmi, vel impediti, qui audito signo campanæ genu flexi, si per infirmitatem licebit, orationem dominicam & salutationem angelicam, pro salute animæ defuncti vel corporis infirmi recitauerint.

Qui cætibus tum publicis, tum priuatis interfuerint.

Qui diuinis officiis.

Qui spiritalibus colloquiis & exhortationibus.

Qui piis officiis etiam in Sodalium, & aliorū Christi fidelium defunctorū per ipsā Congregationem ordinandis interfuerint

Qui

Qui Missæ sacrificio diebus feriatis.

7.

Qui conscientiam suam diligenter examinauerint vesperi, antequã cubicũ cant.

8.

Qui pauperes infirmos, tam Sodales, quam alios in hospitalibus, vel priuatis domibus uisitarint.

9.

Qui carcere detentos.

10.

Qui pacẽ inter inimicos cõciliauerint.

11.

Has easdem indulgentias consequi poterunt Sodales ubiuis locorum commorantes, si apud Ecclesiam eorundem locorum, aut alibi, vt poterunt, opera præstabunt, quæ sunt seruanda ad huiusmodi indulgentias consequendas.

Sodales item consequuntur omnes Indulgentias *Stationum* Ecclesiarum Urbis, siue intra, siue extra muros illius, si diebus Quadragesimæ, & aliis anni temporibus, ac dieb. Stationum huiusmodi Ecclesiam Societatis Iesu, si ibi fuerit, alioquin aliam Ecclesiam, seu Capellam in locis, vbi eos pro tempore esse contigerit, deuotè uisita-

uerint, & ibi septies orationem Do-

minicam, & septies angelicam

salutationem recita-

uerint.

L A V S D E O.

IN.